



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sanctissimo Christi Iesu Dei Et Hominis Amore**

**Le Gaudier, Antoine**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Quartus fructus. Illuminatio mentis practica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50572](#)

seductorem, & veracem , si-  
cut qui ignotus & cognitus,  
quasi moriens, viuens autem,  
non tamen ego, sed viuat in  
me Christus.

*Quirinus fractus. Illuminatio mentis  
practica.*

Sicut Christus Dominus  
lux est mundi, ita vniō cum il-  
lo per amorem vitæ lumē est,  
quod mentium nostrarū te-  
nebras disspellit; eas præsertim  
quibus in quotidianavitę no-  
strę praxi inuoluimur, quæ  
pendet plurimum à recto af-  
fectu quem C H R I S T I amor  
componit: Nam sedata o-  
mni inordinatione suo nos  
pondere inclinat in id ,  
quod perfectum , Deoque

grati-

gratissimū est, & radios quodam cœlestis lucis afflat, ut in omnibus rebus rectè iudicemus quid in ijs Deo placitum sit, quid contrà eius gloriæ aduersarium. Est enim perspicax omnis amor, sed maximè diuinus, adeò ut diuinam gloriam latentem in unaquaque re percipiāt, & cernat acutissimè, pretiosum à vili discernat. Hinc certè diuersitas illa iudiciorum in hominibus mundanis & Deum amantibus, & sapientiæ prudentiæq; sanctorū, ac mundanæ & carinalis dimanat. Hinc vera discretio oritur, quam ex Christi Domini dictis, & factis circa omnem omnino virtutem

practi-

practicè in actiones nostras  
idem hic amor effundit, vt  
quis sit verus actus humilita-  
tis, patientiæ, mansuetudinis.  
Quis verò fictus, quis perfe-  
ctus, quis imperfectus iudica-  
re non sit admodum diffici-  
le.

*Quintus fructus. Fiducia magna.*

Hunc pretiosum fructum  
tanquam sibi maxime pro-  
prium, & copiosiorem & pul-  
chriorem grandioremque e-  
ducat hæc diuina arbor. Nam  
cùm in Christo sint reposita  
nobis omnia bona, & ab eo  
velut à capite nostro necessa-  
riò haurienda sit, & peccato-  
rum remissio, & gratia omnis  
& gloria, id non aliter fieri  
potest,

quos-  
, vt in-  
udice-  
citum  
gloriæ  
in per-  
maxi-  
inam  
aqua-  
nata-  
li dis-  
rsitas  
nibus  
anti-  
tiæq;  
z car-  
i dis-  
iristi  
irca  
em-  
acti.